

quod dictus archiepiscopus et predecessores sui huiusmodi uncias percipere consueverint et habere, ipsas memorato archiepiscopo vel procuratori suo, eius nomine, statim, receptis presentibus, integre et sine diminutione aliqua persolvatis, iure nostro in omnibus semper salvo. Data Neapoli, VIII^o novembris XIII^e iudictionis.

CCXVIII.

1269, a. V di Carlo d'Angiò re di Sicilia, ind. XIII, novembre, Salerno.

Giovanni Marzullo, in considerazione dei molti servizi ricevuti dai figli e dai nipoti, fa ad essi donazione, *inter vivos*, di alcune sue case site in Salerno, presso la chiesa di S. Andrea de Lama, confinanti a mezzogiorno colla strada che, volgendo ad oriente, giunge *ad campum grani*, e *tres peccias de terris laboratoriis*, site nelle pertinenze di Montecorvino, nella località detta *a la bolzata*.

Pergamena dell'archivio di Montevergine, vol. CV, n. 57.

In nomine domini Dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi, anno ab incarnatione eius MCCLXIX et V anno regni domini nostri Karoli, gloriosissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, alme Urbis senatoris, Andegavie, Provincie et Forchalquerii illustrissimi comitis et Romani imperii in Tuscia, per S. Romanam ecclesiam vicarii generalis, mense novembris, XIII indictione. Ante me Nicolaum de Palearia, iudicem, presentibus iudice Matheo, qui dicitur Castella, Philippo de Porta, prothontino Salerni, avunculo meo, et Sergio, qui dicitur Scarsus, clericus huius Salernitani archiepiscopii... Iohannes, qui dicitur Marzullus, filius quondam Mathei, coniunctus est cum Petrono, filio quondam Mathei, qui dictus est Piczicatus, ipse tamen Petronus, pro parte et nomine Alfani et Nicolai, germanorum, filiorum suorum, et Pandulfi nepotis sui, filii quondam Thomasii, olim filii eiusdem Iohannis; et sicut ipsi Iohanni placuit, sponte, per convenientiam, per hanc cartam, pro multis gratis et acceptis serviciis et beneficiis, que ipse Iohannes ab ipsis filiis et nepotibus suis se recepisse confessus est, donavit inter vivos, et tradidit a presenti ipsi Petrono integra duo

meridiana catodea, quorum unum est orientale, et aliud occidentale, et integrum unum occidentale, septentrionale catodeum, ad quod intratur per duo ostia, que constructa sunt, unum in septentrione, iuxta anditum, et aliud in curticella subscribende porte, et integrum primum solarium lamiatum, quod super predicto orientali meridiano catodeo et tribus aliis catodeis aliorum constructus est, et integras duas camminatas, quarum una, que meridiana occidentalis est, supra predictum meridianum occidentale catodeum, et intratur ad eum per suprascriptum primum solarium lamiatum, et alia, que septentrionalis, occidentalis est constructa et super predictum septentrionale occidentale catodeum, et intratur ad ea per vallatorium, quod constructum est ante ostium suprascripti primi solarii, integrum cubicellum in pede scale constructum, que sibi ipse Iohannes pertinere asseruit de terra cum casa fabricata, solario et scalis fabricatis, que constructa est intus hanc Salernitanam civitatem, sub-
tus et prope ecclesiam S. Andree de Lama, que videlicet terra cum casa, a parte meridiei, platee, que, eundo in orientem, vadit ad campum grani, a parte orientis, vie, a parte septentrionis, curti communi et andito communi, et a parte occidentis, partim ad finem rerum huius Salernitani archiepiscopii, et partim ad finem aliorum coniunctus est; et integras tres pecias de terris laboratorii, quas sibi ipse Iohannes pertinere dixit, foris hac Salernitana civitate, in pertinenciis Montis Corbini, ubi proprie *alabalzata* dicitur, que dicuntur esse per has fines et mensuras, iusto passo hominis mensurate. Prima quidem ex eis a parte orientis, finis via publica, et per eam mensurati passus centumquingenta; a parte septentrionis finis aliorum et passus alii centum quinquaginta, et a parte meridiei finis subscribende alia tertia terra. Tertia siquidem terra, a parte septentrionis ad suprascriptam secundam terram, et a partibus orientis, meridiei et occidentis ad fines aliorum coniuncta esse dicitur; cum omnibus, que intus totam ipsam donationem et traditionem sunt, cunctisque suis pertinenciis et cum vice de suprascriptis plateis, viis et anditis et curti et de aliis viis suis et cum vice etiam de suprascripta porta in pede suprascriptarum scalarum, sicut suprascriptum est constructa et de curticella que est intus eam, et de ipsis scalis, vallatoriis, parietibus et fenestris earum ab ipsa curticella usque tertium gradum, qui est asuper vallato-

rio, quod est ante ostium suprascripti primi solarii et cum muni-
minibus exinde continentibus; ea ratione ut integra ipsa donatio
et traditio... semper sit in potestate ipsorum Alfani, Nicolai et
Pandulfi et heredum eorum, et ipsi vel eorum heredes licentiam
habeant de eadem donatione et traditione facere quod voluerint.
Et propter hoc ipse Iohannes confessus est se recepisse ab ipsis
filiis et nepote suis launalgich per mantellum, id est precium equi-
valens pro suprascripta donatione et traditione. Unde, per conve-
nientiam, ipse Iohannes guadium ipsi Petrono pro parte suprascrip-
torum filiorum et nepotis eius dedit et fideiussores pro illorum
parte posuit semetipsum... Et si sicut superius scriptum est ipse
Iohannes et eius heredes non adimpleverint et suprascripta vel ex
eis quicquid removeere aut contradicere presumpserint, per ipsam
guadium, obligavit se et alios suos heredes componere ipsis Al-
fano, Nicolao et Pandulfo et illorum heredibus centum augustales,
et sicut suprascriptum est adimplere... Que omnia ego Iacobus
Dardanus, puplicus Salerni notarius, qui rogatus interfui, scripsi
et meo signo signavi.

† Ego qui supra Nicolaus iudex.

† Ego Matheus Castellomata testis.

† Ego Philippus de Porta, prothontinus Salerni, testis sum.

† Signum crucis proprie manus Sergii Clerici qui testis interfui.

CCXIX.

1269, [a. V di Carlo d'Angiò re di Sicilia], XIII ind., 11 di-
cembre, Napoli.

Carlo d'Angiò ordina a Guglielmo Guarna di Salerno di pagare, prelevan-
dole da quanto deve ancora versare per l'ufficio stratigoziale da lui tenuto,
cinquanta once d'oro a Tommaso Della Porta per stipendi dovutigli, e gli
ordina pure di recarsi subito a Napoli per dare alla regia curia i conti finali
della sua gestione.

Napoli, archivio di Stato, reg. ang. n. 6, fol. 144.^a

Karolus... Guilielmo Guarna de Salerno... Cum magistro Tho-
masio de Porta, consiliario et familiari nostro, uncias auri quin-
quaginta ponderis generalis, residuas penes te de officio stratigotie,